

# OBSERVATIONES FORENSES PRACTICABILES

S I V E

## COMMENTARIA

Ad varia Capita Statutorum Almae Urbis,

Quibus multa, nedum ipsis Statutis, verum Iuri Communi  
accommodata, explanantur, & dilucidantur.

A V T H O R E

FRANCISCO MARIA CONSTANTINO

L.V.C. NOBILI DE ASCVLO IN PICENO,

Comite, & Equite Palatino, olim in Tribunali Gubernatoris Urbis Locumtenente, exiade  
in Curia Capitolij Secundo, mox Primo Collaterali, & Indice, in Romana Curia  
Aduocato, vno ex Agenribus Communicatum Status Ecclesiastici,  
ac Sacri Palatij Pontificij Causarum Patrono.

T O M V S P R I M V S

*Per Aduocatas comprehensas in Elenchi Caputum particularium Statutorum Urbis*

*& in Indite Argumentorum post Epistolam ad Lectorem expressas*

Adiecto triplici Indice; primo particularium Caputum Statutorum Urbis Commentariorum;  
Secundo Argumentorum, ac Rerum Notabilium, quæ in illis continentur;  
& tertio Verborum locupletissimo, ac simul Auctoritatum  
Doctorum, quæ vel laudantur, vel reprobantur,  
vel declarantur.



ADDITO TERTIO TOMO continenti varias selectas DECISIONES SACRAE ROTAE  
ROMANAE materiae commentatas confirmantis, adhuc alibi non impressis.



R O M A E , M D C C I .

Sumptibus Francisci Ant. Galleri Bibliopolæ ad signum Navis.

Ex Typographia Ioannis Francisci de Buagnis. Superiorum Permissu.

CUM PRIVILEGIO SUMMI PONTIFICIS.

SANCTISSIMO D. N.  
CLEMENTI XI.

FRANCISCVS MARIA CONSTANTINVS  
FELICITATEM.



*V M in varijs Urbis subsellijs  
BEATISSIME PATER ( curam mihi  
demandante felic: record: Innocen-  
tio XI. Sanctitatis Vestrae Præde-  
cessore ) iuri dicundo præessem ,  
paruas aliquot notas ad plura Sta-  
tutorum Urbis capita studiosè collegeram. Subinde  
autem ocium ( haud equidem volens ) & vacationem  
animi naetus, ne vacuus omnino, & ociosus bonas ho-  
ras transmitterem, quarum apud Sapientiores mor-  
tales auaritia laude digna semper fuit, super eas ipsas  
notas commentaria duobus tomis comprehensa ac-  
curatè, atque operosè per dius, & pernox per totum  
decennium confeci. Pluribus illa, iisque doctis, ac  
sapiantibus Viris probata satis, immo & officiosè  
laudata intellexi; adeò quidem vt non indigna publi-  
cæ lucis theatro ad eorum calculum censerentur.  
Idem fuisse visus est & plurium sensus amicorum,  
vtriusque Iuris doctrina, ac politioribus etiam litte-  
ris præcellentium, qui me instanter, & quotidiano fe-  
re conuicio ad operis editionem compulerunt. Verum*

# P R Æ L V D I V M

AD NOVAS ANNOTATIONES,

A C C O M M E N T A R I A

A D P L V R A C A P I T A

## S T A T V T O R V M V R B I S

Complectentia diuerfas materias ;

*Nedum iuxta dictorum Statutorum, verum etiam  
Iuris Communis dispositionem.*

### S V M M A R I V M.

- 1 *Vniuersalium cognitio confert ad cognitionem particularium, & illa prius cognoscuntur ab intellectu, quam particularia.*
- 2 *Preludij materia que sit, ac eius diuisio.*



VIVSQUE rei tractanda potissima pars est principium, illiusque notio exactius habetur, si præmittantur generalia, ac vniuersalia, cum hæc conducant ad meliorem intellectum particularium, vt aduertit *Caſus in l. v. ff. de orig.*

*Iur.* & est sensus Philoſophi in primo *Vbiſic.* cum vniuersalia prius nota ſint intellectui noſtro, ſaltem cognitione conuſa, quam ſingularia, vt Philoſophicè non minus, quam erudite probat *Pichard. ſuper Inſtit. lib. 1. & bis igitur nom. 1. Inſtitut. de Inſtit. & Iur.* hinc ad exactiorem cognitionem materiã particularium ſtatutorum Vrbiſ, ſuper quibus, ſeu aliqua illorum parte nonnulla Commentaria, ſeu nouas Annotationes elucubrandi onus aſſumpſi, nonnulla generalia præmittenda eſſe duxi, ad Capitula particularia ſtatutorum ſummopere pertinentia, quæ in quinque articulos in hoc Preludio diuidenda eſſe exiſtimaui. In primo videbimus, qui poſſint nec ne condere ſtatuta, & quando illa egeant confirmatione ſupremi Principis, & hæc debeat eſſe in forma ſpecifica, vel ſufficiat in forma communi, & que inter vtramque confirmationem verſetur diſſerentia, & ſimul quando ſtatuta dicantur vſu recepta, vel per non vſum abrogata.

In ſecundo quænam ſtatuta ſint deciſoria, & quæ ordinatoria, & in quibus diſcrepent, quos ligent, & in quibus Foris, & Cauſis ambo ſeruentur.

In tertio diſcutietur quando ſtatuta laicalia, & præciſè illa Vrbiſ, licèt confirmata à Papa in forma ſpecifica, non comprehendant Eccleſias, loca Eccleſiaſtica, Clericos, ac Eccleſiaſticos

corumque bona, & quando poſſint Clerici vti ſtatutis laicalibus per modum priuilegij.

In quarto, quando leges, Conſtitutiones, ac ſtatuta, quæ regulariter comprehendunt caſus futuros, extendantur etiam ad actus, & caſus præteritos.

In quinto demum quomodo ſtatuta, præcipuè odioſa, & contra ius interpretentur, an ſtriçtè, vel large, & quando in ſtatutis non dicatur fieri extenſio, ſed aliquid ſub illis veniat per viam comprehensionis.

### A R T I C V L V S I.

#### A R G V M E N T V M.

Statuta qui condere poſſint, vel prohibeantur, & quando egeant confirmatione ſupremi Principis, & hæc debeat eſſe in forma ſpecifica, vel communi, & ostenditur inter vtramque confirmationem diuerſitas; Et demum diſcutitur quando, & ex quibus ſtatuta cenſeantur vſu recepta, vel per contrarium vſum abrogata.

### S V M M A R I V M.

- 3 *Statuta contra ius in ſtatu temporali Papa non poſſunt eius ſubditi condere ſine auctoritate Pa-pæ, & n. 6.*
- 4 *Et ex Egidiana ſi non ſint approbata à Reſſore Provinçie & n. 5.*
- 7 *Statuta que tollunt vires Conſtitutionis Egidiane non poſſunt à ſubditis Sedis Apoſtolice fieri ſine confirmatione in forma ſpecifica.*
- 8 *Prout ſi tendant ad derogationem iuris Canonici.*
- 9 *Statuta Condere eſt de reſeruatõis Principi.*
- 10 *Statuta per ſubditos condi non poſſunt niſi cum ſpeciali priuilegio Principis.*
- 11 *Statuenti facultas debet eſſe ſpecialis, nec venit ſub conſeſſione Caſtri cum Iuriſdictione.*
- 12 *Nec venit ſub facultate conſeſſa legitimanõis, vel creandi Notarios.*
- 13 *Statuta condita contra ius à ſubditis Sedis Apoſtolice*

## PROTESTATIO AVTHORIS.

**Q**uæ supra in hoc Primo Tomo Annot. pro veritate, & iustitia Author scripsit, credit simul, in nihilo profus aberrare à dogmatibus S. R. Ecclesiæ, cum idem, in Ditione Ecclesiastica ortus, in Fide Catholica enutritus, Romæ per tot annos aliquantulum eruditus, Romanam Ecclesiam humillimè veneretur; ideo, si aliquod verbum (quod non credit) in his scriptis inadvertenter excidit, quod Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ dogmata, & supremam in omnes Catholicos auctoritatem lædere possit, hic abrogat, & pro non scripto haberi profiretur, dum stabilis, ac firma mens, ac voluntas Authoris est humiliter obsequendi, & se subijciendi correctioni S. R. Ecclesiæ, in cuius sinu natus, enutritus, & in eo ad senium vergens, constanter, suæ vitæ ultimum finem, Deo adiuvante, terminare exoptat.

